PETRVS CVM IOANNE CLAVDVM A MATRIS VTERO SANAT Act. Apost. Cap. III.

Petrus autem et Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam. Et quidam Vir, qui erat claudus ex utero matris Suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum uidisset Petrum et Ioannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit Respice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans Se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni Surge et Ambula. Et apprehensa manu ejus destera, alleuauit eum, et protinus consolidatæ ſunt bases ejus, et plantæ, Et exiliens ſtetit et ambulabat. et

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig